

235 hominem haud impurum, itidem patria qui abligurrierat bona:  
video sentum squalidum aegrum, pannis annisque obsitum. 5

“oh

quid istuc” inquam “ornatist?” “quoniam miser quod  
habui perdidit, em

quo redactu’ sum. omnes noti me atque amici deserunt.”

hic ego illum contempsi prae me: “quid homo” inquam

“ignavissime?”

240 itān parasti te ut spes nulla relicua in te siēt tibi?

simūl consilium cum rē āmisti? vidēn me ex eōdem ortum 10  
loco?

qui color nitor vestitu’, quāē habitudoſt corporis!

omnia habeo neque quicquam habeo; nil quom est, nil deficit  
tamen.”

“at ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati

245 possum.” “quid? tu his rebu’ credi’ fieri? tota erras via.

olim isti fūit generi quondam quaestus apūd ſaeculum prius: 15

hoc novomſt aucupium; ego adeo hanc primus inveni viam.

est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt

nec sunt: hos consector; hisce ego non paro me ut rideant,

250 sed eis ultro adrideo et eorum ingenia admiror simul.

quidquid dicunt laudo; id rursus si negant, laudo id quo- 20  
que;

negāt quis: nego; ait: aio; postremo imperavi egomet mihi

omnia adſentari. is quaestu’ nunc est multo uberrimus.”

*PA.* scitum hercle hominem! hic homines prorsum ex stultis  
insanos facit.